Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40188
Copyright: Melk, Benediktinerstift



et pveniat usq; ad te oratio mea
tua. et loquar testimonia tua
in conspectu regum meorum
et non confundar. Meditabor in mandatis tuis
quae dilexi nimis. Levabo manus meas
ad mandata tua quae dilexi. Exercebor autem
in iustificationibus tuis. Memor ero verbi
tui servo meo cui dedisti mihi spem
haec me consolata est in humilitate mea
quia eloquium tuum vivificavit me. Iniqui
praevaricantes legem tuam
Funes peccatorum circumplexi sunt me
et legem tuam non oblitus sum. Media nocte
surgebam ad confitendum tibi super iudicia
iustitiae tuae. Particeps ego sum omnium timentium te
et custodientium mandata tua. Misericordia tua
domine plena est terra iustificationes tuas
docet me. Bonitatem fecisti cum servo tuo
domine secundum verbum tuum. Bonitatem
et disciplinam et scientiam doce me
quia mandatis tuis credidi. Antequam humiliarer
ego delinquebam propterea eloquium tuum custodivi
Bonus es tu et in bonitate tua doce me
iustificationes tuas. Multiplicata est super me
iniquitas superborum ego autem in toto corde meo
scrutabor mandata tua. Cor eorum quasi lac
coagulatum ego autem legem tuam meditatus sum
Bonum mihi quia humiliasti me ut discam
iustificationes tuas. Lex oris tui mihi
super millia auri et argenti. Manus tuae fecerunt me
et plasmaverunt me. Da mihi intellectum
et discam mandata tua. Qui timent te videbunt me
et laetabuntur quia in verba tua sperabam
Cognovi domine quia aequitas iudicia tua
et in veritate tua humiliasti me. Fiat misericordia tua
ut consolet me secundum eloquium tuum servo tuo
Veniant mihi miserationes tuae et vivam
quia lex tua meditatio mea est. Confundantur superbi
quia iniquitate praevaricati sunt in me
ego autem meditabor in mandatis tuis
Convertantur mihi timentes te
et qui noverunt testimonia tua
Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis
ut non confundar. Deficit in salutare tuum
anima mea et in verbum tuum speravi
Defecerunt oculi mei in eloquium tuum
dicentes quando consolaberis me
Quia factus sum sicut uter in fumo
iustificationes tuas non oblitus sum
Quot sunt dies servi tui
quando facies de persequentibus me iudicium
Narraverunt mihi iniqui fabulationes
sed non ut lex tua. Omnes mandata tua veritas
Iniquos persecuti sunt me adiuva me
Paene consumpserunt me in terra
ego autem non dereliqui mandata tua
Secundum misericordiam tuam vivificabor
et custodiam testimonia oris tui
Verbum tuum custodivi
Ante lucem clamavi quia in verba tua speravi
Praevenerunt oculi mei ad te diluculo
ut meditarer eloquia tua
Vox mea audisti domine secundum misericordiam tuam
Secundum iudicium tuum vivificabor me
Appropinquaverunt persequentes me iniquitate
longe autem fecerunt a lege tua
Prope es tu domine et omnes viae tuae veritas
Initio cognovi de testimoniis tuis
quia in aeternum fundasti eas
Vide humilitatem meam et eripe me
quia legem tuam non oblitus sum
Iudica iudicium meum et redime me
propter eloquium tuum vivificabor me
Longe a peccatoribus salus
quia iustificationes tuas non exquisierunt
Misericordiae tuae multae domine secundum iudicium tuum
vivificabor me
Multi persecutores mei et tribulantes me
a testimoniis tuis non declinavi
Vidi praevaricantes et tabescebam
quia eloquium tuum non custodierunt
Vide quoniam mandata tua dilexi domine
in misericordia tua vivificabor me
Principes persecuti sunt me gratis
et a verbis tuis timuit cor meum
Laetabor ego super eloquium tuum
sicut qui invenit spolia multa
Iniquitatem odio habui et abominatus sum
legem autem tuam dilexi
Septies in die laudem dixi tibi super iudicia iustitiae tuae
Pax multa diligentibus legem tuam
et non est illis scandalum
Expectabam salutare tuum domine
et mandata tua dilexi
Custodivit anima mea testimonia tua
et dilexit ea nimis
Servavi mandata tua et testimonia tua
quia omnia viae meae in conspectu tuo
Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo domine
secundum eloquium tuum da mihi intellectum
Introeat postulatio mea in conspectu tuo domine
secundum eloquium tuum eripe me
Eructabunt labia mea hymnum cum docueris me
iustificationes tuas
Pronuntiabit lingua mea eloquium tuum
quia omnia mandata tua iustitia
Fiat manus tua ut salvet me
quoniam mandata tua elegi
Concupivi salutare tuum domine et legem tuam meditatio mea est
Vivat anima mea et laudabit te
et iudicia tua adiuvent me
Erravi sicut ovis quae perierit
quaere servum tuum quia mandata tua non oblitus sum